UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Cap. XXVI. De Ecclesia à Constantino Magno Hierosolymis aedificata in Golgotha, deque ejus dedicatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A

Κεφ. κϛ'.

Περὶ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ, ὃν ὁ μέγας ἔκτισε Κωνσταντῖνος ἐν Γολγοθᾷ· καὶ περὶ τῶν ἐγκαινίων αὐτοῦ.

ΕΝ τούτῳ δὲ ἀμφὶ τὴν τρίτην δεκάδα τῆς Κωνσταντίνου ἡγεμονίας, ἐξεργασθέντος τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ περὶ τὸν κρανίου χῶρον, ὃ μέγα μαρτύριον προσαγορεύεται, παραγενόμενος εἰς Τύρον Μαριανὸς, ἀνὴρ τῶν ἐν ἀξίᾳ, βασιλικὸς ταχυγράφος, B ἀπέδωκε τῇ συνόδῳ βασιλέως ἐπιστολὴν, παρακελευομένην ἐν τάχει τὰ Ἱεροσόλυμα καταλαβεῖν, καὶ τὸν νεὼ καθιερῶσαι· τοῦτο δὲ καὶ πρὶν βεβουλευμένος, ἀναγκαῖον ἐνόμισε πρότερον ἐν Τύρῳ συνελθόντας τοὺς ἐπισκόπους, διαθεῖναι τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφοράς· οὕτω τε κεκαθαρμένους διχονοίας καὶ λύπης, ἐπὶ τὴν ἀφιέρωσιν τοῦ νεὼ χωρῆσαι· πρόσφορον γὰρ εἶναι τοιαύτῃ πανηγύρει τὴν ὁμόνοιαν τῶν ἱερέων· καὶ οἱ μὲν ἧκον εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ναὸν καθιέρωσαν, καὶ τὰ ἀποσταλέντα παρὰ τοῦ βασιλέως κειμήλιά C τε καὶ ἀναθήματα, ἃ εἰσέτι νῦν ἐν τῷ δε τῷ ἱερῷ οἴκῳ ἀνάκειται, καὶ πολὺ παρέχει θαῦμα τοῖς θεωμένοις, πολυτελείας καὶ μεγέθους ἕνεκα· ἐξ ἐκείνου δὲ, ἐτήσιον ταύτην ἑορτὴν λαμπρῶς μάλα ἄγει ἡ τῶν Ἱεροσολύμων ἐκκλησία· ὡς καὶ μυήσεις ἐν αὐτῇ τελεῖσθαι, καὶ ὀκτὼ ἡμέρας ἐφεξῆς ἐκκλησιάζειν, συνιέναι τε πολλοὺς σχεδὸν ἐκ πάσης τῆς ὑφ' ἥλιον, οἳ καθ' ἱστορίαν τῶν ἱερῶν τόπων, πάντοθεν συντρέχουσι κατὰ τὸν καιρὸν ταύτης τῆς πανηγύρεως. D

CAP. XXVI.

De Eccleſia à Conſtantino Magno Hieroſolymis ædificata in Golgotha, deque ejus dedicatione.

INterea vero circa triceſimum annum Imperii Conſtantini, abſolutâ jam Eccleſiâ Hieroſolymis in Calvariæ loco, quæ magnum Martyrium appellatur, Marianus quidam non mediocri dignitate præditus, Imperatoris Notarius, Tyrum ingreſſus, Epiſcopis in Concilio congregatis Imperatoris porrexit Epiſtolam: quâ eos hortabatur, ut confeſtim Hieroſolyma profecti, Eccleſiam illic dedicarent. Iſtud vero cum diu antea decreviſſet, neceſſarium tamen cenſuerat, ut Epiſcopi prius in urbe Tyro congregati privatas inter ſe ſimultates componerent: atque ab omni diſcordia & offenſione purgati, ita demum ad Eccleſiæ dedicationem accederent. Ejuſmodi enim feſtivitati aptiſſime convenire concordiam Sacerdotum. Igitur Epiſcopi Hieroſolymam delati, Eccleſiam conſecrarunt, ſimulque ornamenta & donaria ab Imperatore transmiſſa: quę quidem in eadem Baſilica hactenus manent, & à cunctis non ſine ingenti ſtupore ſpectantur, ob magnificentiam atque amplitudinem. Ex eo vero tempore ſolennem quotannis feſtivitatem admodum ſplendide Hieroſolymitana celebrat Eccleſia; adeo ut Baptiſmi quoque ſacramenta eo die tradantur, & per continuos ſeptem dies collectæ fiant; multique ex omni fere terrarum orbe conveniant, qui hujus feſtivitatis tempore ad ſacra loca perluſtranda undique accurrunt.

Κεφ. κζ'.

Περὶ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ πείσαντος Κωνσταντῖνον, καταγαγεῖν ἐκ τῆς ὑπερορίας Ἄρειον καὶ Εὐζώϊον· καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ τάχα εὐσεβοῦς πίστεως λιβέλλου· καὶ ὅπως ὑπὸ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἀθροισθείσης συνόδου καὶ πάλιν Ἄρειος προσεδέχθη.

ΤΗνικαῦτα δὲ καιροῦ λαβόμενοι οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες τῶν ἐπισκόπων, ἐσπούδασαν γενέσθαι ἐν Ἱεροσολύμοις σύνοδον, καὶ κοινωνίας αὐτῷ μεταδοῦναι καὶ Εὐζωΐῳ·

CAPUT XXVII.

De Presbytero qui Conſtantino perſuaſit, ut Arium & Euzoium ab exilio revocaret: & de libello fidei ejus, forſitan rectæ: & quomodo idem Arius à Synodo Hieroſolymitana iterum ſuſceptus eſt.

EOdem tempore Epiſcopi qui opinionem Arii ſequebantur, tempus idoneum nacti, Synodum Epiſcoporum Hieroſolymis fieri curarunt, & Arium atq; Euzoium in communionem recipi.